

Thomas Lindemann Georg Barschamp

Disputatio De Contractibus Innominatis sive incertis indeq[ue] nascentibus Actionibus

Rostochii: Myliandrus, 1606

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728316900>

Druck Freier  Zugang



Thom. Lindemann (S. Darschany) /a

R. U. inv. 1606.

20.

Disputatio
DE
CONTRACTIBUS INNOMINATIS
sive incertis indeq; nascentibus
Actionibus.

AD QVAM
CHRISTO AVSPICE

Sub Præsidio

Clarissimi atq; Consultissimi Viri,
THOMÆ LINDEMANNI,
J. V. D. & Professoris publ.

In alma Rostochiensis Academia exercitij gratia
publicè Respond. bit

GEORGIUS BARSCHAMP
Rostochiensis.

Habebitur Disputat. in Auditorio magno, 14. Kal. Augusti: hora 6. matutina.

1606
ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri, Anno 1606.



CLARISSIMIS ATQVE CON-
SULTISSIMIS, AMPLITUDE NECNON
Prudentia Spectatissimis Viris,

DN. VINCENTIO Woller/
DN. EBERHARDO Zwiestreng/
I. V. LL. inclytæq; Reipub. Hambur-
genfis COSS.

VT ET

DN. JOHANNI Woller/
I. V. D. Illustrissimo Principi Holstatæ
à Consilijs.

*Cognatis, Patronis ac Mæcenatibus suis,
summo honoris & observantia studio
perpetim colendis,*

Hæc Theses dedicat

GEORGIUS BARSCHAMP
Rostochiensis.

Wilhelm-Piand-Universität

Rostock

Universitätsbibliothek

25. Postfach

Universitätsplatz 5



DE

Contractibus Innominatis.

THESIS I.



Contractus, Labone auctore, est ultro citroq; obligatio: vel potius est Conventio ultro citroq; negotio interveniente producens obligationem.

I I.

Cum verò plura sint negotia in contractum incidentia quam nomina, Contractus rectè in nominatos & innominatos dividuntur.

I I I.

Nominati sunt qui negotium jure & nomine proprio definitum & appellatum habent, ut Emptio venditio, Locatio conductio, Depositum, Societas, Mandatum, &c.

I V.

Innominati sunt qui in generali appellatione consistentes certo aliquo & proprio nomine insigniti non reperiuntur.

V.

Hi cū contractibus nominatis ferè similitudinem quandam habent, & ad quatuor præcipuè

A 2

gene-

*genera referri solent: Do ut des; Do ut facias;
Facio ut des; Facio ut facias.*

V I.

*Do ut DEs contractus innominatus constitui-
tuitur, cum res datur ut res accipiatur, sive id
fiat permutando speciem cum specie, sive genus
cum genere.*

V I I.

*An vero hic contractus differat à Permu-
tatione inter Dd. controversitur? Negantium
opinionem veriore[m] putamus.*

V I X.

*Emptio venditio licet cum permutatione
plurima habeat communia, hanc tamen ab ea di-
stinguendam & separandam esse explosa Sabini
& Cassij sententiâ receptum est.*

V I X.

*Illâ enim consensu; hac datione: Illâ pretio
pro merce dato; hac rebus invicem datis perficitur.*

X

*Hinc statutum de Emptione venditione di-
sponens ad Permutationem extendendum non
putamus.*

X I.

*An rem alienam dans Permutationem con-
trahat, queritur? Id Pedius negat.*

Sed

XII.

Sed quid? si ex una parte simul res & pecunia detur, ex altera parte res, an Emptio venditio vel Permutatio contracta censetur? id ex partium conventionem & pretij quantitate aestimari verius est.

XIII.

Si rem tibi dedi ut rem aliam mihi dares, redanda perempta ad quem ejus Periculum spectet quaritur? periculo meo eam perijisse, nisi tua culpa arguatur Paulus respondit.

XIV.

Quemadmodum Contractus DO ut des Emptioni & venditioni vicinus est, ita DO ut FACIAS magnam cum Locatione & conductione habet affinitatem.

XV.

Si enim factum sit locari solitum & pecunia data; Locatio: Re vero ut aliquid fiat data, obligatio civilis ex contractu innominato oritur.

XVI.

Contractus quoque Facio ut DES obligationem & actionem efficacem parit; Vi si servum meum manumisero ut mihi decem des.

XVII.

FACIO ut FACIAS Contractus plerumque

rumq; cum Mandato vel commodato quandam
cognitionem habet, ut si paciscar ut tu Cartha-
gine à meo, Ego Roma à tuo debitore exigam,
& simil.

X I I X.

Ex his contractibus natæ obligationes plerūq;
præscriptis verbis Actionē producunt, quæ non
proposito certo & vulgari actionis nomine nec
solennibus, sed præscriptis & in factum conceptis
verbis rem gestam esse demonstrat, & ad contra-
ctum implendum, vel Interesse præstandum in-
tenditur, & actio in factum sæpe appellatur.

X I X.

An verò præcise ad id de quo convenit, agi
possit non immeritò dubitatur? Negantium o-
pinionem verioreni censemus.

X X.

Hujus Actionis species est Astimatoria, qua
dicitur, quæ competit ei, qui rem æstimatam ven-
dendam dedit, ut aut res ipsa illa, aut æstima-
tio de qua convenit reddatur.

X X I.

Et hæc quidem præscriptis verbis Actio de
æstimato ut & illa quæ ex Permutatione nasci-
tur bonæ fidei, reliquæ sunt stricti juris.

Ad

XXII.

Ad quem Periculum rei aestimato vendenda data spectet non satis inter Dd. convenit? Nos modo ad dantem; modo ad Accipientem id ipsum pertinere censemus.

XXIII.

An vero Actio praescriptis verbis aliquando cum alia actione nominata concurrere possit controversi solet? Quod non simpliciter negandum arbitramur.

XXIV.

Unde ex pacto in continenti Contractui adjecto non ex ipso tantum contractu, sed et nonnunquam praescriptis verbis actionem dari putamus.

XXV.

Cum Poenitentiae locus sit in Contractibus innominatis, nondum utriusque impletis, dabitur etiam Condictio causa data, causa non secuta ad repetendum id quod datum est.

XXVI.

Imò et dolo actio, deficiente civili actione quandoque competit, ut in articulo FACIO ut DES Paulus statuit.

XVII.

Anne verò ex hoc eodem contractu praescri-

scriptis verbis agi possit, acerrimꝰ est Doctorum
conflictus? Quanam ex omnibus opinio verior
sit disputando investigabimus.

X X I I X.

Nec minor de hac facti specie inter veteres
Jureconsultos fuit dubitatio si tibi servum dedi
ut tuum manumitteres & manumisisti is vero
quem dedi evictus sit, quanam actio detur?
Actionem præscriptis verbis locum habere Mau-
ritianus notat.

X X I X.

Libellum in contractibus innominatis alter-
natiuè conceptum valere posse Interpp: statuerunt:
Quod & nos tuebimur.

Corollaria.

1. An pacta in continenti tam stricti Juris quàm bonæ fi-
dei contractibus adjecta insint à parte rei & actoris? pro-
babiliter id defendi posse putamus? *congl. in l. p. s. de pactis*
2. An in Permutatione locum habeat beneficium l. 2. C.
de Rescind. vendit.? Affirm. *vide Fenell. de resc. vendit. par. 1. c. 3. n. 13.*
3. An jus *ωεμπυρεως* locum habeat in permutatione?
Negam. *congl. in l. de resc. vendit. l. 2. c. 3. n. 32.*



F I N I S.

